



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Dispv. CX. An Spiritus S. tertia Trinitatis persona sit eiusdem substantiæ
cum aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

suerunt, quod viderent aduersarijs esse formidini vt tanquam euaginato ab ipsis gladio ipsum nefanda caput heresis amputarent. Quod ergo illi renuebant concedere, vt suam hæresim adstruerent. Concilium mutua eadem voce merito definiuit. Falluntur ergo noui Arriani, cum asserunt, vocem hanc in Concilio Niceno fuisse introductam. Hac etiam voce vsum fuisse Dionysium Alexandrinum & Dionysium Papam Romanum testatur Athanasius loco paulo ante allegato.

Dionys. A.
lexand.
Dionys. P. A.
Athanas.

Vox Homi-
nis non est
vsurpanda.

Hylarius.

Athanas.

Porro obseruandum est, Semiarianos quodam alia simili nomine vlos, suum errorem stabilire voluisse. Apellabant, enim Filium Dei vt vnitatem essentiae illius cum Patre retenta sola similitudine quæ cum distinctione constare potest, prorsus negarent. Hanc vocem non omnino suspectam habuit Hylarius in lib. de Synodis sub finem. vbi post multa, quæ de vtroque nomine dixit sic ait. Testor Dominum celi, atque terra, me cum neutrum Audissem, semper tamen virumque sensisse, quod per Homiusion, Homiusion oporteret intelligi, id est nihil simile sibi secundum naturam esse posse nisi quod esset ex eadem natura. Athanasius vero quamuis in Epistola citata contra Synodum Sirmienensem & Ariminensem, videatur probare nomen *Homiusion*, hoc est similis substantiæ: addit tamen, eo non rectè significari originem vnius ab alio in vnitatem eiusdem naturæ, imò propriè dici similitudinem in natura, & substantia. Similis enim in qualitate, forma, seu figura, non in substantia dici consuevit. Sed quomodo cumque illud sit, quia Arriani hac voce malitiosè utebantur, nullo modo à nobis est vsurpanda.

DISPUTATIO CX.

An Spiritus sanctus tertia Trinitatis persona sit eiusdem substantiæ cum alijs.

Heretici negant Diuinitatem Spiritus sancti, cap. 1.
Catholica veritas probatur, cap. 2.
Argumenta Macedonianorum diluuntur, cap. 3.

CAPVT I.

Heretici negant Diuinitatem Spiritus sancti.

1.
Macedon.
hæresis
autior
fuit, & Ar-
rianus.

Macedonii
sectatores.

Bernardus
Lutzem.

Spiritus sancti diuinitatem impugnasse dicuntur Macedoniani, à Macedonio sic appellari, qui hanc hæresim docuit tempore Constantini Imperat. & Liberij Papæ: hic sequens fuit etiam error Arrii circa personam filij, de quo disputatione præcedenti satis dictum est. Et rursus Arrianus, idem quæ Macedonius de Spiritu sancto docuit, sed quia Arriani diuisi sunt, & magis de persona filij contra illos fuit disputatum, contra Macedonium vero præsertim actum est de persona Spiritus sancti; idem hæc hæresis dicta est Macedoniana; sectatores vero illius *πνευματομαχοι* Pneumatomachi vocati hoc est, Spiritus Impugnatores; aliam enim nominis Etymologiam, quam comminiscitur Bernardus Lutsemburgensis, merito refellit Castro aduersus hæreses verbo, Deus, hæresis. 10. dicebat namque Bernardus, Macedonium docuisse, Spiritum sanctum ex Filio Dei, & ex matre processisse, & idem Pneumatomachum, esse

appellatum. Hunc tamen errorem non solum Macedonius non docuit, verum nec vllus alius hereticus. Ante Macedonium vero heretici dicti abstinentes, diuinitatē Spiritus sancti eodem modo atque Macedonius negarunt, vt scribit Philaster in libello de hæresibus. Fuerunt autem sub Diocletiano, & Maximiano Imp. & Marcelino Papa. Postea sequutus est quidam hereticus nomine Arrias, à quo dicti sunt Arriani. Porro ex Arrianis non solum aliqui dicebāt, Spiritum sanctum non esse consubstantialē Patri & Filio, sed etiam esse minorem filio. Huic errori similis est alius Valentini, qui dicebat Spiritum sanctum esse quendam Angelum, vt affirmat Athanasius in Epistola longiori ad Serapionem post medium, quod sane commentum quibuldam Arrianis placuisse, scribit idem Athanasius in hac nostra arte Transiluanos, & Seruetianos, & Franciscum Davidis, in eodem fuisse testantur aliqui huius temporis auctores. Huc etiam spectat error Abailardi, qui, vt constat ex Bernardo Epistola 109. dixit Spiritum sanctum esse animam mundi; eumque esse inferiorem filio, quia Patri tribuebat omnipotentiam, filio semipotentiam, Spiritui sancto nullipotentiam. Dicebat etiam Spiritum sanctum non esse de substantia Patris, et tamen consubstantialē esse, quæ duo ita cum pugnant.

CAPVT II.

Catholica veritas probatur.

Plura possemus imprimis veteris Testamenti testimonia adducere quibus Spiritus sancti diuinitas probaretur; sufficiant tamen nobis aduersus hereticos præcipua noui Testamenti loca quibus magis aperte id asseritur. Matth. vltimo. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. A. 1. Tim. 3. Saluum nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Ex quibus locis optime Notant. argumeatur pro diuinitate Spiritus sancti, his uerbis; Si non est Deus adorandus Spiritus sanctus, quomodo me Deum per baptismum efficiat? ac si dicat, in baptismo eius inuocatione sanctificor, & efficior Deus participatione sanctitatis, ergo ille est Deus adorandus, quia solus Deus est, qui sanctificat. & delet peccata. Idem argumentum fieri potest ex illo 2. Corinth. 3. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum vobis, Amen. Quid enim aliud est communicatio sancti Spiritus, nisi animæ sanctificatio? ille igitur auctor est sanctitatis: ac proinde Deus. Deinde Act. 5. Dixit autem Petrus, Anania, cur tentasti Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? non es mortuus hominibus, sed Deo. Denique 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.

Secundò probatur hæc veritas decretis Conciliorum, quibus contra Arrianum definitur filius cōsubstantialis Patri, & in quibus recipitur Synbolum Nicænum, in quo de Spiritu dicitur: Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Definuit etiam in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. & refertur in capite, Firmiter, de summo

Trinitate, & fide Catholica.

Tertio scripserunt contra hunc errorem, præter Patres citatos præcedenti disputatione peculiariter tractantes de Spiritu sancto, Dionysius Alexand. duos libros, quos fecit Latinos Hieron. & sunt inter eius opera, Basilii aduersus Eunomium librum vnum, Ambrosii de Spiritu sancto ad Gratianum libros tres.

Ex quibus sequitur, Spiritum sanctum non posse esse animam mundi, alioqui creatura esset. Si enim est Deus, ergo est cælo, & toto vniuerso excelsior: nec eo definiti potest Iob. 22. Nonne cogitas, quod Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimatur? & 2. Paralip. 2. Cælum & cæli cælum eum capere non possunt, ac si esset anima mundi toto ipso cælo & vniuerso, vt proprio corpore definitur, & caperetur, quod est contra scripturam allegatam, & contra id, quod supra disputat. 29. ex professo probatum est.

CAPVT III.

Argumenta Macedonianorum diluuntur.

Primum argumentum Macedonianorum erat: nusquam in scriptura Spiritus sanctus Deus appellatur, ergo non est dicendus Deus. Hoc sapientius repetebant, vt refert Nazianz. oratione 5. de Theologia, quæ ordine est 37. Respondetur, id esse manifestè falsum, vt ex supra citatis testimoniis liquet.

Secundo obiebant illud Ioan. 1. Omnia per ipsum (hoc est per verbum) facta sunt. Ergo etiam Spiritus sanctus, factus est. Respondet Nazianz. oratione citata, non omnia facta esse per verbum, sed quæcumque sunt facta: Spiritum autem sanctum esse extra ordinem eorum rerum, quæ factæ sunt: nam alioquin, & Pater etiam factus esset per verbum.

Tertio afferunt illud Amos 4. iuxta lectionem 70. Ego Dominus sum, am tonitruum, & creans Spiritum, ergo Spiritus creatus est à Domino. Respondeo cum Nazianz. ibidem Athanas. in Epistola ad Serapionem, & Basilio lib. 3. contra Eunomium, Spiritum eo loco significare ventum.

Quarto ad Rom. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Si autem esset Deus, non posset postulare. August. in Epistola 12. & lib. 1. contra Maximinum, Arrian. & Nazianz. oratione 36. num. 54. & 56. intelligentes hunc locum de Spiritu sancto, tertia videlicet in Trinitate persona, explicant hoc modo: postulat, hoc est, postulare facit, quia adiunxit infirmitatem nostram, vt postulemus. Eadem ratione putant, ad Galat. 4. dicit, Misi Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Perinde enim est, atque illud eiusdem cap. ad Rom. 8. Accepisti Spiritum filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Nam quia clamare nos facit, in eo, hoc est, eius virtute roborati dicimus clamare, & ipse dicitur clamans, Abba Pater. Facilis meo iudicio intelligunt recentiores de fundis: ille enim dicitur pro nobis postulare, quia quod ex nobis nescimus, instructi Spiritu gratiæ rectè postulamur. Atqui si expendamus verbum re, & reuera postulare, ibi non significat facit postulare, sed orare, & exposcere, qui enim in-

CAP. I.

21

tercedit, ipse etiam postulat, & exorat.

Demum, quod Spiritus sanctus dicatur, non esse ipso loqui, aut dicatur à Filio mitti, & ab eo accipere, aut esse tertia in Trinitate persona, non probat esse creaturam; hæc enim omnia de Spiritu sancto dicuntur ratione originis, quia à Patre, & Filio procedit, vt suis locis dicemus. Et hæc satis sunt ad probandum in Deo esse processiones personarum in eadem natura, omnes enim Patres, & concilia non aliter concedunt tres personas eiusdem naturæ, quam productione secundæ à primâ, & tertiæ ab utraque: id quod ex Scriptura colligitur. Nam nomen Filij, & Spiritus sancti processionem ab alio denotat. Cæterum de qualitate, & modo harum processionum plura in cursu disputationis dicenda sunt: nunc satis sit cum S. Thom. in genere defuisse, in Deo esse processiones, nec plures quam duas, quia cura non sunt nisi tres personæ, vlla illarum necessario debet esse ingenerata, scilicet Pater, vt disputat. 140. videbimus. Iam vero, quæ circa quæstionem B. Thom. disputanda supersunt, aggrediamur.

DISPUTATIO CXI.

An processionis diuinæ sint operationes intellectus, & voluntatis.

Opinio Durandi, cap. 1.

Processiones diuinæ esse actus intellectus, & voluntatis. Schola Theologorum communiter tradit, cap. 2.

CAPVT I.

Opinio Durandi.

Præsens controuersia tractari solet circa Doctrinam artic. S. Thom. vbi differit de numero processionum: ex numero enim operationum immanentium n. merus etiam processionum colligitur: quare, vt sciamus quot sint processionem, prius videndum est, an sint operationes intellectus & voluntatis, & quales illæ sint. Sed antea quam Scholasticorum sententias referamus, vindicare oportet Ricardum de sancto Victore à falsa quadam opinione, quæ illi à recentioribus imputatur. Dicunt enim illum in ea fuisse sententia, vt assereret, vtramque processionem diuinam esse per voluntatem, cum tamen reuera 3. de Trinitate, cap. 2. vsque ad 10. vbi de hac re disputat, solum prober ex amoris perfectione, res debere esse personas; quia alioqui perfectus amor non esset: quia etiam ratione ad idem probandum vtuntur Alexand. 1. p. q. 43. in 5. & 45. in 7. Bonauentura in primum distinct. 2. quæst. 4. & Maior in primum quæst. 6. art. 1. conc. 3. cum tamen plane asserant, alteram processionem esse per intellectum, alteram per voluntatem. In quæstione igitur propostâ fuit sententia Durandi in primum distinct. 6. quæst. 2. Filium propriè non procedere in diuinis per intellectum, nec Spiritum per voluntatem, sed proximè vtrumque ex natura ipsa diuina secundum rationem filij processionem tribui intellectui, & Spiritus sancti processionem voluntati. Nam cum prior processio in humanis sit per intellectum, posterior per voluntatem; similitudine quadam processio filij

Soluitur
ultima
obiectio.

S. Thom.

Vindicatur
Ricard. à
calumniâ
recentiorum
super pro-
cessionibus
diuinis.Alexand.
Bonauent.
Maior.
Processio-
nes diuinæ
per appro-
priationem
dici intelle-
ctus & vo-
luntatis
sensit.
Durand.